



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Quæ pertinent ad cibum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Quod si non ex assumpto cibo, sed ex ipsa ægritudine vi vomitum patiat; communicandus non est, nisi, per sex circiter horas, vomitus cessaverit, & Medicus, vel si hic absit, astans iudicaverint saltem per horam ab assumpta Eucharistia, infirmum non vomiturum, nam tunc communicari poterit. Quod si deinde, per accidens recedat vomitus, & Sacra Hostia expellatur; reponatur in loco aliquo sacro, ac species, ubi corruptæ fuerint, in sacrum recondantur. Cætera, quæ ad infirmi Communionem pertinent, dicemus *infra suo loco c. 5. vide item c. 3. §. 4.*

§. VI. De jejuniæ naturali requisito ante Communionem.

15. **D**Vo mox dicenda requiruntur ex Delugo *disp. 15. de Euch. sect. 2.* ad hoc ut violetur jejuniæ naturale, dictum naturale ad differentiam Jejunij Ecclesiastici, quod Ecclesia præcipit observari in diebus Jejuniorum. Eo violato, ad Sacram Communionem, extra calum necessitatis, de quo dicemus mox §. 8. accedere, sacrilegium mortale esse (& quidem per nos unum) ut supra diximus c. 1. §. 3. ignorat nemo.

16. Primò igitur requiritur, quòd quicumque cibis, vel potus sumatur: cibus autem, & potus est ille, qui in stomacho alteratur, seu digeritur, vel ad digestionem pertinet. Secundo quòd id fiat per actionem: quæ sit comestio, vel potatio: quæ talis non est, nisi quid ex prædictis cibo, & potu assumatur, & in stomachum traiciatur. Jam distinctè de singulis.

Quæ pertinent ad cibum.

17. Dixi (quicumque cibis) siquidem etiam modicissimus cibus, ut modicum granum anisi, ex proposito deglutitum, violat jejuniæ hoc. Sic Delugo *ibid. num. 22. & 27. Hurtad. de Euch. disp. 9. diff. 15.* nam, ex Concilio Toletano, cibus, vel potus, quamlibet minimus ante Communionem prohibetur.

18. Dixi iterum (cibus) officulum enim sive fructuum sive alterius generis, frustum ligni solidi, moneta aurea, globulus plumbeus: frustum unguis, filum ex ferro, vel ferico, vel lana, & similia, non violant, etiam in magna quantitate: non enim sunt cibus. Ita Delugo citatus, n. 32. Et non mediocriter signum, quod in stomacho non alterentur, est quia eadem integra, ut deglutitur, à quolibet, etiam valido stomacho, egeruntur in excrementis: Contra, violat Tabacum per os assumptum, si deglutitur, pillulæ ad medicamenta, & similia, ex Præp. in 3. p. 9. art. 9. dub. 1. 39. quia sunt cibi, quamvis medicinales: quibus semper est immixta aliqua tenuis particula apta ad digestionem, nutritionemque.

19. His violentibus addo libens cum Delugo *ibid. dicto n. 32.* papyrum, seu chartam, & filum ex ligno, ducunt enim originem ex herbis, & sunt in substantia herbarum, quæ digeruntur: ut etiam est pulca, culex, & vermiculi, digeruntur enim & ipsi: nec valet cum aliquibus dicere, papyrum, & filum ex ligno non esse cibum humanum, non, inquam, id valet dicere: nam nec fœnum, & palca v. g. sunt cibus humanus, & tamen, quia digeruntur, violant: Huc item reduco terram, seu cretam quam fœminæ, ob defecationem, vel ad diminuendum colorem, comedunt: cum enim non sit purum elementum, puto alterari in stomacho, & consequenter violari jejuniæ. Et sanè quis neget pulverem ex lapide Bezzuar, vel ex terra Cypria etiam si solus, sine iusculo deglutatur, cum sumatur per modum cibi medicinalis, solvere jejuniæ? Par autem videtur ratio in terra, seu creta.

Dices cum aliquibus. Terra, & similia in magna quantitate non vitiant jejuniæ Ecclesiasticum: ergo in minima non violant naturale: Sic Sunk. na Dian. V. Communionis *dispositio num. 33.* Respondeo nego consequentiam: nam terra, & similia non violant jejuniæ Ecclesiasticum, quia modicissimum est illud quod in ipsa, etiam acceptis in magna quantitate, id est nutritivi, seu digestibilis: sicuti evenire in cibis medicinalibus modo

dixi n. 18. At hoc modicissimum, quod ibi inchoat violandum jejuniæ naturale, ad quod sufficit quodlibet modicum, ut videmus n. 17.

20. A ceta, non violari jejuniæ nec naturalis, nec Ecclesiasticum, etiam in magna quantitate assumptum, Summa Diana *ibid.* citatque pro se locum *disp. 15. de Eucharistia, sect. 1. n. 29.* Sed ibi Delugo n. 25 meminit cretæ, non ceta in meo collectum diversa sunt: magis tamen acquiesco, quod jejuniæ, sicuti dixi de ipsa creta, & terræ, immixtus bilis, quia magis alterabilis & partibus aliquibus immixta semper est.

21. Si quis deglutiat avellanam, vel pignora cum cortice integram, frangere jejuniæ hoc non sufficit, Sanchez *in select. disp. 42. n. 13. in fine*, quia est comestibilis, & per accidens non alteratur. De qua ego dubito: quia ut traicitur, nec est alteratur digestibilis.

Quæ pertinent ad Potum.

22. Dixi deinde de requisitis ad violandum Potum (Potus) quia gutta aquæ de industria sumpta, violat jejuniæ, sicuti violari à modico anisi gratia diximus: ille enim est cibus modicus, hic modicus potus. Violat etiam potio medicinalis, autem item potus, ut etiam sanguis, quem fugeret quis ex suo, & vulnerato: Ita Delugo *ibid. n. 32.* quia hæc per potum assumuntur. Si a te hauriatur aqua (immixta libet aliud) & statim à stomacho ejiciatur, violat non jejuniæ, saltem ex eo capite: quia semper immixtum aliquid in stomacho.

Quæ pertinent ad naturam Comestionis vel Potationis.

23. Dixi denique (quæ sit comestio, vel potatio) Primò gutta aquæ ex Delugo *ibid. n. 38.* quæ committitur salivæ, dum os abluit, vel gutta iusculi *ibid.* quæ illud gustas, an sit benè præparatum, immixtum salivæ traicitur, vel sanguis, *ibid.* qui ex capite fluit, & immixtus item salivæ deglutitur, non violat. Secundo eodem modo culex, vel musca, vel pulvis, quæ in os volitant, & calu traiciuntur. Sic idem n. 39. Hurtad. de Euch. *disp. 9. diff. 14.* Tercio sanguis vel pus descendens, etiam in magna quantitate ex capite, gingivis, etiam non salivæ immixtus, si deglutitur. Delugo *ibid. n. 23.* Quarto sumptio Tabacchi per os, sive in folio, sive in pulvere, sive in fumo, ex Gratia in 3. p. contr. 6. tract. 10. *disp. 8. n. 4.* immo & aliquam aquam attractam per nares, non solvunt jejuniæ. Colligitur ex Suar. de Euch. *disp. 68. sect. 4. §. 2.* Quævis, quia hæc omnia non sunt comestio, vel potatio: prima est trajectio salivæ, secunda est respiratio, tertia est fluxus, quarta est attractio, seu afflatio narium. Quæ odor quilibet non violat jejuniæ. Sic Graa. de Euch. quia præter quam quod non est cibus vel potus, non mittitur per comestionem, potationemve, sed per præternaturam afflationem.

24. Contra, musca, vel culex si ea de industria comedas, vel etiam potens ea expuere, nihilominus violat: violat jejuniæ: Ita colligitur ex Delugo *num. 23.* quia ex una parte hæc digeruntur, sumque ut modicissimus, cibus, & ex alia hæc propria comestio: non enim involuntariè ab extrinseco veperint, non ita nam etiam involuntariè ægrotus per vim cibum, decidens in flumen, aquam invitatus bibit, non potat: ea erit jejuniæ. Adde quod tu jam voluntariè trahis unde hæc non erit respiratio, sicuti esse modo dicitur quando casu, ex vi ipsius respirationis, præter naturam traicitur.

25. Præterea non violant jejuniæ frustula, prædentibus remanent ex reliquis cæcæ, si non deglutiantur: siquidem sic non fit comestio: non enim salivæ, vel ex respiratione traicitur. Sic Delugo